



I. N. J.

PROOEMIUM.



*Quod sapientissimus ille Eth-
nicorum, Seneca, Hominem
Vas fragile, corpusque in
omnem fortune contume-
liam projectum, omniumque
calamitatum hospitium ve-
rè dixerit, id nos indies tot
agrotantium & morientium docet varietas. Flu-
xa namque fragilisque humani generis Natura
variis tantisque post lapsum primorum Parentum
mutationibus semper fuit obnoxia, ut omnium a-
tatum calamitates, infirmitates ac agritudines
experiri nobis hæcenus nondum fuerit concessum.
In tanta verò hominum miseria Ipse altissimus*

A 2

crea

creavit de terra Medicinam, quâ Medicus peritus infelices istas morborum Myriades depellere queat. Et dum ego Studium medicum hæcenus per plures annos aggressus, nunc jussu Graciosissima Facultatis Medica Thema quoddam Medicum publico Eruditorum examini subicere teneor, placuit ex hoc ingenti morborum farragine unicum, notum quidem, dirum tamen affectum, Hydropem puto, hac in Dissertatione Inaugurali accuratius paulò examinare, ejusque Naturam & Curam, quantum quidem per ingenii tenuitatem licebit, proponere, quod ut cedat feliciter, faxit Supremum Numen!

§. I.

Affectus suscepti denominationi seu Onomatologiæ pluribus immorari, ibique tanquam re obvia & inutili, scrupulos movere, erit nodum in scirpo quarere. Sufficere hinc poterit uno verbo monuisse, Vocabulum Hydrops græcum esse, & ab ἕδρα aqua, & ὄψις facies derivari, quod nihil aliud denotat, quam vultum seu faciem aquosam, quia vividus & floridus faciei color in deteriorem, si morbus invadat, mutatur. Latini appellationem etiamnum immutatam

tatam
& Hyd
his Aqu
Gracis
tern
Germ
fudit.
S
tendir
nomin
mor pl
nimum
cipium
turgid
yeam
cile re
tis pla
fente
confor
tatem
ex qu
corpu
dò pe
ri aut
ad div
deposi
pellati